

Epithalamium nuptiis,  
clarissimi & preudentiss.  
Viri, d.n. M. Johannis  
Wass...

Warelius, Petrus Haquini,

*1 Ic 1652 Wassenius, Johannes*



## Epithalamium

NUPTIIS.

*Clarissimi & Prudentiss. VIRI,*

DN. M. JOHANNIS

WASSENII, S. Regij Judicij,

quod A B O Æ habetur, Advocati

Fisci solertissimi;

E T

*Nobilissima Pudicissimaq; Virginis,*

MARIE P. EkenBärgz

*Nobilissimi & Amplissimi VIRI,*

DN. PETRI EkenBärgz

De AboisBärg/ J. U. D. Consulatissimi,

dicti Judicij Adseiloris æquissimi,

FILIAE Charissimæ.

Aboæ, decenti Pompâ 2. Maji Anni

1652. Festiviter celebratis.

Dictum atq; dicatum.

PETRO WARELIO O-Gotho.

A B O Æ,

*Excusum apud PETRUM Wald/ 1652.*



WASSENIUS.

MARIA.

**M**E Venus alma.

Tangis amore

Uris & igne?

Da mihi Nympham,

Fundito Lympham,

Tollito flammam.

Ecce venustam,

Cerno Dianam,

Obvius ibo.

Candida salve

Chara *MARIA*.

O Mea Phyllis,

O rosa Pulchra,

Te colo multum

Pectore toto.

Te rogo fias

Ut mea Sponsa.

Pectus amandum, es?

Flosculus albus,

Quo revelentur

Viscera nostra.

Annue castis

Virgo petitis?

**Q**ua nova verba

Promis Amice?

Mira videntur.

Jam mihi dicta,

Quidve reponam?

Nescia volvo

Sum tenera annis?

Pectus & hocce

Nescit amorem.

Quid sibi pulius

Hic cupit instans?

Tangor amore.

Si **DEUS** almus

Sic velit, atq;

Cum Genitore

Mater amanda,

Sim tua Sponsa

Te redamabo.

Te velo solum,

Diligo tota,

Eloscule culte,

**CHRISTUS** **JESUS**?

Servet amorem!

A 2

Pa-

Parentes SPONSUS  
Convenit SPONSÆ.

Salve mi Themidos ter decus intimum,  
Doct̃or Percelebris, Fautor & optime,  
Salve mi, nitidis fulgida flosculis  
Virtutis, genetrix ò Sobolis pia  
Et multa, faveas comprec̃or ut mihi.  
Ad vos jam venio sat calidus, vovens  
Contendo, calida hæc viscera spargite,  
Lymphis, irriguas fundite guttulas,  
Contostum recreent me scio commodè.  
Supplex appeto quam, Lympha Maria sit  
Collo gemmula qua si micet in meo  
Nil ætius valeat tam malè torridus.  
Hanc solam cupio, me redamat pia.  
Illâ cum mea mens nectere gaudia  
Semper cogitat & discupit intime,  
Quam nullus dubito quin precibus meis  
Promptè vestra, pijs, pectora dent locum.

Cui

## Cui PATER:

**A**lithor Conjugij cum DEUS ipſus eſt,  
Sacrum Sacra Themis, quod quoq; con-  
probat,

Hoc votum nequeo ſpernere tam probum,  
Si FOVÆ placeat, tu cupis ut, meam  
Hanc gnatam poteris jungere jam tibi  
Sponſam, connubium ſpero fiet tuum,  
Faſtum; quippe piè tranſigis & benè.  
Promptè ſuſtinuit juſta capeſſere  
Hæc, noſtra; Obſequio me coluit patrem  
Et matrem coluit, te colet infero,  
Quod ſi præſtat, habes, quod voce piè,  
Flammas quæ reprimet, ceu cupis, intumè.  
Sed concordia ſit cordibus inſita,  
Vestris, & pietas multa monemini.  
Vobis capta feret ſic DEUS optime.

## Et Mater, respondent.

**A**ſenſum nequeam tollere commodè

A 3

T.

*Te novisse meum certa scio, velit*  
*Id cum, qui caput est suspiciendum, meis*  
*Mas, hic quod facit en! Approbo, quam volo!*  
*Ipsi quod placuit displiceat mihi?*  
*Ipsi quod placuit scis placeat mihi.*  
*Multum crede mihi chara puella; Sed*  
*Cum sit chara tibi, charus eris mihi.*  
*Tadam conjugij succitet auctor ES*  
*Reclor Conjugij, Cunctipotens D E U S!*  
*Spero splendeat ES fulgeat admodum;:*  
*Spe non frustrer agas optime J E S U L E!*

**C**um tam ritè sient sponsalia condita  
Sponsis  
Eximij, Tadas numina concelebrent.  
Clarus Hymen cetera, Thalamum nam tute  
parabis;  
Hoc pergant Mulae; Gratia trina veni;  
Idalij Domina, vos Rectricesq; Samorum,  
Cernitis, en! quid jam munera vestra  
velint  
Quid Cypru tardas? Pergas mi pronuba Iano,  
Vos Hymen & Charites, tuq; Novena cohors.  
Ple.

Plectra move, & cultum profundite carmen  
Fac tua, mi Corydon, fistula blanda  
sonet.

## Venus.

Adsum jam Venus hic, bonam, beatam  
Quam totus vocat orbis, approbatque.  
Foemellis decoro, beo venustis  
Sponso eximios; beo venustas  
Nymphas insuper & viris venustis,  
Cernis, quod juvenem virum pudicam  
Ornavi violam & rosam nitenti.  
Cernis quod Juvenem viro celebri  
Cinxi, flore virenti & albicanti,  
Sunt trunci stolidi meas fugantes  
Flammam conspicuas, leves, jucundas.  
VVASSENI colo te, mei puelli  
Promptus pectora qui paras pharetrae.  
Es tactus jaculis, quibus MARIA  
Et tenet Barg medicas manus ministrat.

A 4

Ad-

Adsum tædiffera, en! novum decenter  
Nymphum quàm decoro meum pudicâ  
Nymphâ! Conjugio manu potenti  
Vos jungo stabili, senum, diebus  
Seris, solvat avara mors ligamen.  
Fatis ducat & hic bonis, & illa.  
Nubat, sic voveo, volo, valet.

## Juno.

*V*enis superba Diva mi, sat insolens  
Trabis cœlos super laudes modò tuas  
Poli cacumen attigis ne tegmine?  
Nihil potenti das mihi? vides? Tamen  
Color Nymphis, colit Vassenius libens,  
Colit Maria me lubens: Quàm gratulor  
Mibi! Cedam tibi nihil potentiâ;  
Deum parens sum, magna sum Foris soror,  
Mei consors tori fratris sum splendida.  
Sponsis & optimis quàm gaudeo! pijs  
Illis secunda nuptijs sim pronuba.  
Tibi nihil dabo; sed gaudium veham

Manu

*Manti meæ potente Sponsis blandulum..*  
*Mari præesse calleo, levareve,*  
*Gravi matrem dolore partus, ES volam.*  
*Ter ES quater sit, vixerint quò, vinculum*  
*Sartum, dies videbit altos ominor.*

## Hymen..

**N**il mihi Divæ thalami potenti  
Jam datis sumæ, celerans sed adsum  
Tædifer clarus, duce me vigebit  
Flammula Sponsis.  
Uranix natus niveæ fororis,  
Virgines, primus docui pudicum.  
Optimis lectum, virides decenter  
Condere Nymphis.  
Scis Venus quòd me sine nil valebis,  
Juno scis quòd me sine nil movebis,  
En! Ego tædas moderabor omnes  
Dexter amore.  
A. f. Fœ.

Fœminæ vertant oculos, & aptè  
Ad viros flectant genulas rubentes;  
Applicet labris, facioq; Sponsæ  
Ora maritus.

Hos meis jungo manibus, monendo  
Hic dies felix maneat ligatos,  
Sydere & fulvo niteat perennis  
Spero futurum.

### Charites.

*N*os dulcissima pangimus  
Trina gaudia jam lyrâ.  
Sponsos suspicimus novos,  
Tantum vota damus, quibus  
Et fas dicere laudes,  
Ut splendens Helicon rosis,  
Sic pulchram sobolem ferat  
Nubenti Thalamus: DEUS  
Undis nectarijs riget  
Hos & sospitet actus!

Clio.

## Clio.

**M**I decus Aonidū memini quōd tute Sophiae  
Sis junctis, cultæ jam jungeris ecce Maria.  
Ita quæ dignus fueras nil dicere tento;  
Id virtus meminit niveis provec̃ta quadrigis,  
Id cecinit necū tūm turba novena Sororum,  
Pastor ab *Amphryso* cecinit de ponte cathedrae.  
Ita cum dignus tūm, jam dignare M A R I A  
Ivit in amplexus præclara Sophia MAGISTRI,  
Ibit in amplexus præclara M A R I A Mariti  
Illa tibi munus peperit quàm Sponsa celebre  
Hæc rogo pariat tibi prolem sponsa venustâ  
Et tecum maneat quam diu manserit ista.

## Polymnia.

**I**n te *Nympha* virent, valent,  
Virtus ampla, pudor, candor, amor,  
lepos,  
Est vultus niveus tuus,  
Docto ut digna viro; fulgida mi  
vige!

Tha-

## Thalia.

Qui regis, & sydera flectis optimè  
Hos rege, serua, moderare maximè  
Rex, tege diuis manibus JESULE  
Sic vireant & vigeant providè.

## Calliope.

Nymphæ nitenti, Pagasidum chori,  
Themistij Vassenius & decus  
Adsociatur, Saltet Themista!  
Gaudia die repetant sorores!  
Vena canoros Pan calamos movet,  
Sonant, Eris pergat procul hinc; Amor  
Corcula blanda regatq, detq,  
Sit Neonympha suo voluptas!

## Euterpe.

Pectora Sponsi referant firmia  
Pectora Gracchi bona & insignia  
Cor Veneris tu referes cypriæ  
Deperit hæc semper Adon' fervidè.

Erato

## Erato.

**C**ostæ vigor vireto,  
Robur pedum maneto  
Genæ rubor micato,  
Lauri velut comantis  
Rosæ, comæ, *Venustis.*

## Terpsicore.

**A**ugeas, jam, non unera nexis pretiosa tellus  
Fulgidæ fac colla premant candida gem-  
mulæ, da

Pallidas Gazas habeant; & poterint fruiscei  
Jovatu des divitijs sat bene, commodatis!

## Melpomene.

**C**rescat alia stirps, video lubenter,  
Sic precor quod *Vasseniana*, Ramos  
Tendat *Elenbergica* per reflexos  
Ambitus virtutis, & orbis amplos.  
Sunt boni rami, bene complicati  
Cum bonos fructus referunt parati.

Ura-

## Uranie.

ULTima ceu venio; Sic vota; singula  
claudo. (Hymen.)

Quod Venus & Juno; Quod Charites &  
Quod Pater & Mater Sponsæ; Nostræq;  
sorores

Hiscæ vovebāt; jam nunc voveo; semel.  
Conjugium felix sit, sospitet ipse J E H O V A H !  
Addere quod superest me quoq; crede  
debet.

Ut superent mundi voveo sic horrida tesquæ  
Quæve poli poterint carpere collis opes!

## Herden Corydon,

Bepröfver Veneris Macht / söredragan  
des Gåsterna / ac Ege sin Glädie lustigt  
nyppa skole.

Ungfruer och Ungersvänner /  
Sampt och andre godhe Wänner /  
Medh Migh gifver Veneri tack /  
Som nu hafver tillsammansbracht  
Tvänne sköne och Unge Blodh;

Ach